

sonam esse Concilio Tridétino. Sess. 25. de Regularibus & Monialibus cap. 11. vbi conceditur facultas Episcopis corrigendi & castigandi illos, qui animarum curam exercent, tam Regulares, quàm seculares, si deliquerint in Sacramentorum administratione, & in alijs ad Parochi officium pertinentibus. Verba concilij sunt, In Monasterijs, seu domibus virorum, seu mulierum quibus imminet animarum cura personarum secularium, præter eas quæ sũt de illorum Monasteriorum, seu locorum familia, persone, tam Regulares, quàm seculares, huiusmodi curam exercentes, subsint immediate in ijs, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius Diœcesi sunt sita. Hęc Concilium Tridentinum. Ex quibus verbis patet manifeste Episcopos procedere posse, & punire Religiosos animarum curæ præfectos, si in Sacramentorum administratione, & alijs rebus ad officium curatum pertinentibus, deliquerint.

¶ Quoniam vero Concilium statuit, quod qui exercent curam animarum subijciantur iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcoporum in his quæ spectant ad animarum curam

¶ \*\*\*

5

&